

1093 Celebravit ad lyram suam, singularem hanc Dei erga suos benevolentiam Regius Cantor Psal. 120. 5. Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. Prædici hinc, Ecclesiam Christianam ubique futuram esse tutam sub Christi protectione, ut olim Synagoga extitit. Numine præeunte in columna nubis, & ignis, multorum est existimatio. Verba preme. Pro protectio est Græcè σκηνή, id est, tegumentum. Hebraicè sel, id est, umbra, umbraculum. Unde Chrysofost. habet, Dominus umbra tua ad manum dexteram tuam. Genebrardus rectè: Hærebit Dominus semper ad latus tuum & instar umbraculi defendet te ab omnium malorum æstu, ut nihil tibi neque interdiu, neque noctu noceat. Chaldaeus verit: Deus obumbrabit tibi propter carulam præceptorum, quæ firma est ad manum dexteram tuam. Simili certè, sed indulgentiori benevolentia, qua quondam ipse suum ducavit Hebræum populum, obumbravit, & protexit in columna nubis & ignis per eremum, ductat nunc, obumbrat, & protegit Ecclesiam suam Christus. 1094 Sed illud cursum ad mores observa; illis nempe Incarnatum Numen die nocteque adesse, ut columnam nubis & ignis, qui præmanibus cartulam præceptorum firmam habent, divinæ vacantes legi. Et quidem sibi consonat Chaldaeus Paraphrastes ad id Cant. 2. 17. Donec aspiret dies, & inclinentur umbra. Existimat enim tunc defuisse Israelitis columnam nubis & ignis, cum contemnerent Dei legem, aureum vitulum ab Aarone confectum ut verum Numen coluerunt. Fecerunt filii Israel vitulum aureum, & sublatae sunt nubes gloria, quæ obumbrabant eos, & remanserunt discooperiti. Et voluit Dominus disperdere eos de seculo &c. Et fortè est hoc quod Exod. 32. 25. dicitur de Hebræis post vituli adorationem: Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus; spoliaverat enim eos Aaron propter ignominiam fordis. Nam vera hujus meditationis expositio apud Interpretes sacros non alia est, quam quæ eos reddidit auxilio Dei destitutos, ob vitulum adoratum. Tunc nudatus populus ope, & auxilio Dei qui eos è columna nubis & ignis miraculosè obumbrabat, ductabat & protegebat: ita ut si hostes in eum irruissent, facillimè prosternerentur, vincerentur, & delerentur. Vide quantum malum pariat legis transgressio. 1095 Adhuc singularem Verbi Incarnati providentiam, & benevolentiam erga Ecclesiam suam, expendo. Etenim sic habes Exod. 14. 19. Tollensque se Angelus Dei qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Præibat autem in columna illa Deus; cumque Ægyptii Hebræos persequerentur, interposuit se divinum Numen è columna nubis inter castra Hebræorum, & Ægyptiorum: sanè ut si quod ab Ægyptiis in Hebræos telum jacebatur, in nubem potius, & quodammodo in ipsum Deum impingeret. Sic capias illud Deut. 32. 11. Sicut Aquila provocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris suis. Dominus solū Dux ejus fuit. Israellem suum quasi pullū à Deo ut aquila assumptum ex Ægypto deductum, & protectum per columnam ignis & nubis, asserit. Ast cur ut aquila? Non enim aquila, uti

Christus laudatur, Ecclesia tutamen, duor, & umbraculum.

S. Chrysofost.

Chaldæ.

Legis observatio sibi vindicatur Dei iustitiam.

Transgressio malum parit.

Exo. 32. 25.

Exod. 14. 19. Præclarum divina benevolentia argumentum erga homines.

Deut. 32. 11.

ca: erant aves, unguibus suis gestat, sed alis impositos sublimes vehit, ut si telis illi impetantur, tela prius ipsa subeat. Similiter Deus. Audi Rabbi Salomonem sic venustè: Omnes reliquæ aves pullos suos ponunt inter pedes suos, eò quod timeant sibi ab avibus, quæ super se volitant; verum aquila non timet sibi nisi ab homine, ne forte petat eam jaculo; cum enim nulla avis altius ipsa volet, propterea collocat pullos suos in alis suis, cogitans satius esse ut in me penetret jaculum, quam in pullos meos. Ita & ego feci, inquit Deus, juxta illud: Tollensque se Angelus stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel, cuque Ægyptii mitteret jacula & lapides, ipsa nubes, in qua latebat Angelus, excepit ea. O præclarū divinæ benevolentia argumentum! 1096 Huic assimile aliud tibi donabo, sed longè majus, longè præclarus. Quis neget? Etenim Crucis patibulū, eximium totius amoris & indulgentia theatrum, columna nubis & ignis appellatur à Patribus; è qua Christus suos ductat, obumbrat, protegit, & illuminat fideles. Semper Crucem (ait S. Chrysofost. in Homil. de Continentia Joseph Tom. 1.) habe ante oculos tuos radiantem. Nam sicut columna nubis figura nostra Crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis paterentur; ita Crux ante oculos visa omnem statim abigit malam voluptatē. Et S. Greg. Naz. de Hominis utilitate; Ego, ait, reliquias omnibus Crucem meam habeo, quæ tanquā clarissima columna vitæ meæ præluceat. Ex hac igitur nubis & ignis columna, expansis brachiis, & alis protectionis suæ, instar aquilæ, tanta Christus fidelitate, & mollissima indulgentia, Ecclesiam suam tegit, protegit, & fovet, ut surrexit ipse inter Deum iratum & peccatores, & tela prius iustæ iræ Dei subire voluerit, quam pati, ut homines illis transigantur. Hinc Regalis Hymnographus Ps. 90. 4. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis: scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno: à sagitta volante in die &c. De Christo in Cruce multi explicant, in qua elevatus inter cælum & terram medius, quæcumque Deus in nos iræ suæ jacula desuper à cælo mitteret, ipse sui corporis objectu, & brachiorū panforū, laterumque oppositu, exciperet, & sustineret. Unde rectè S. Basil. ibi observat: Posuit autem hoc ex eorum metaphora, qui in bellis primi stant in acie, ac scapulis suis eos, qui à tergo sunt, protegunt. Alii putant metaphoram desumi ab avibus, sub quorum alis pulli securi agunt. Videbis in hanc rem pulchrā notationem nostri Joannis Antonii Velasquez in cap. 2. Epistolæ ad Philip. v. 8. Adnotat. 6.

R. Salom.

Christus è Cruce columna nubis, nos ducens, & illuminans.

S. Nazianz.

Psal. 90. 4.

S. Basil.

SECTIO XLIII.

Eucharisticum Sacramentum Thronus Christi Regius est nubis, & ignis, quo illuminati, tecti, & protecti ducimur, & perducimur ad Regales celestis patriæ sedes.

Drog.

non

non posset, nisi mediatrix nubes interposita & ardorem temperaret desuper, & tutam subitus te viam demonstraret. Hanc nubem totus exercitus tuus sequitur, Domine Rex Sabaoth; qui autem non sequitur eam, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: reluet enim de hac semita, quæ ducit ad vitam, semita humilitatis, & patientiæ; semita mansuetudinis, & misericordiæ, & quidquid humano generi per Incarnationem revelare dignatus es. Hæc ille rectissimè. Nonnulla seorim expendamus. 1098 In primis, Eucharistiæ Sacramentum nubes est, ob accidentium panis & vini integumenta, quibus Deus homo lucem habitans inaccessibilem se ipsum abscondit ab oculis mortalium, ut sic humana infirmitas ferventissimum tanti Solis jubar sustinere possit, & tantâ gratiâ perfrui, usque ad corporis & animi delicias; quibus minimè frueretur, nisi tantus Deitatis splendor, & ipsa gloriosi corporis lineamenta, accidentibus, quasi nube, in Eucharistia tegerentur. Apparuit Dominus Isaïæ c. 6. aspectabili formâ super folium excelsum & elevatum: circumlabant Seraphini multum alati. Sex alas mihi, & sex alæ alteri. Quorsum tam pennarū ardentissimi ministri? Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus. Certè tum Dei faciem & pedes, tum etiam suas facies & pedes velabant aius interpositis Seraphini, ut Hieronymus interpretatur. Ex cuius mente, Cyrilli etiam, Bernardi, & aliorum placito, per caput divinitas, per pedes significatur Christi humanitas; nec non altissima divinitatis, & abjectissima humanitatis opera; a quibus tantus oritur splendor, ut vel Angelica acies illum sustinere non possit, ideo præ nimia gloria facies & pedes operiunt. Cæterum cum ex arguta nostri Alcazarii interpretatione, sermo in eo capite fit de excelso ac magnifico throno, quem in Ecclesia Christiana Deus homo habet, cumque ex multorum Patrum suffragio, calculus ille ab uno Seraphinorum ex altari sublatas, & Itææ labiis admotus Christum Dominum in Eucharistia delitescerent adumbret; reor planè specie Dei hominis illâ oculis objecta prophetæ portendi Eucharisticum mysterium; cuius tantam esse splendoris vim, ut nostram videndi facultatem perstringat ac superet, Seraphini ostendunt velum illud pennarum interponentes; ut cum nos solem adversum intuemur, manum apponimus à solaribus radiis. Hinc spectasse credas S. Chrysofost. To. 5. in Hom. 3. de incompreh. Dei natura: Dic, quæso, quamobrem alas prætendunt, & suas operiunt facies? Quid aliud dixeris cause, quam splendorem procurantem è folio illo, & fulgur profliens ferre require? Quamquam non ipsam meram videbant lucem, nec ipsam sinceram substantiâ, sed quæ videbant, condescensus erat, & indulgentia; id est, figura quædam humana, seu aspectabilis Christi forma, ut ipse explicat ibi, & To. 1. Hom. 2. de verbis Isaïæ. Quid ais? Demissio erat quod videbatur? Erat, sed Dei. Et luculentius ad rē nostrā To. 3. in Ser. admonitorio de Eucharistia in Encænisi: Papæ, mensa mysteriis instructa est, & agnus Dei pro te immolatur, sanguis spiritalis de sacra mensa resluit, Seraphim adstant sex alis facie te gentia. Sanè pro alarum integumento interposita accidentium panis & vini nubes extat in alma Eucharistia, ut ea perfrui valeamus quin à nimia radiorum luce vultum deflectere opus sit. P. Ildeph. de Flores in Eccles.

Eucharistia instar nubis Deum hominem obtegens, ut eo perfruarimur.

Isai. 6. Spectrum Isaïæ ad Eucharistiam spectant.

S. Chrysofost.

Idem.

Idem.

1099 Petit Christus Dominus altum Thaboris verticem Petro, Joanne, & Jacobo stipatus, quibus coram Moysè etiam & Eliâ, nova & mirabili luce totus ipse radiavit, & lucidus apparuit, illuminata veste, & ex humana forma radiis promicantibus; cum ecce tibi nubes lucida, obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite. Matt. 17. 5. Quare clarissimi discipuli splendescenti nube subito obumbrantur? Cur non potius Jesus ferventissimū gloriæ suæ jubar ad animū retrahit, unde scaturierant? Delicatè admodum S. Basil. Seleucus Orat. 43. eam illud rans visionē: Visa res hæc vel post visionem manet mysterium. Certè in eo transfigurationis mysterio nube tantem lucida obvelato, mysteriū aliud arcanius & abstrusius facillè agnoscit. Scilicet, Christus in Eucharistia, nube accidentium velatus præmonstrabatur: ut perspicuè docet Drog., loco proximè relato. Ubi scitè observat, ideo nube non obsecrâ, sed splendidâ Moyslem, & Eliâ opacatos, quia ad singularē Dei amicitia, & familiaritatem evecti, atque specialis gratiâ roborati, tanti mysterii splendorem sustinere poterunt: quam nos sustinere valeremus, nisi sub obscura accidentium nube interponeretur: Illis sicut amicis & domesticis (imò domesticorum, & amicorum præcipuis) Sacramenti tui nubes erat perlucida; quæ nobis jacentibus, & projectis à facie oculorum tuorum, valde subobscura est. Ut ergo Eucharisticis delicias frueretur humana fragilitas, necessum fuit, Christum Dei Filium sub obscuro accidentium amictu latere. 1100 Quæstio est inter Interpretes sacros, utrum Christus Dominus calcis usus fuerit mortalis adhuc. Communis præ omnī existimatio est (ut latè & eruditè probat nosser Serlogus vestigat. 32. in c. 5. Cant. à n. suo 22.) Christum quadoque integros gestasse calcæos, quandoque dimidiatos sandalorum, caligarrumvè, & neutiquam nudis pedibus incesisse. S. August. Unde S. Aug. Ser. 42. de Sanctis; De iis calcæamentis, ait, quibus calcæati ambulamus, consolat me Dominus meus. Si enim ipse calcæatus non esset, non de illo Joannes diceret: non sū dignus solvere corrigiam calcæamentorū. Ast, cur non discalceatus incedebat? Nonne satius esset nudis pedibus incedere ad eorum exēplum, quos ad suam vocabat Scholam paupertatis, & abjectionis? Singulare est ad rem nostram S. Gaudenii responsum Tract. 5. Hexæm. Christus non propter se calcæatus est, sed propter nos; quoniam terra sustinere non poterat Majestatis ejus nuda vestigia. Etenim Eucharistiæ mysterium scabellum pedū Domini nominat à David Psal. 98. juxta Ambrosii interpretationem lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. Si ibi non pedes solum, sed totum Christi corpus immortalitatis luce circumdatum humano pateret obtutui, horrore certè percussit homines, & splendore nimio obcæcati deiretarent mysterium illud. Nudas tantæ Majestatis plantas quis sustineret? Abscondatur proinde sub accidentiū velamento, ut mortales possint totum capere Deum & hominē; ac dicere cum sponsa Cant. 2. 3. Sub umbra illius, quem desideraveram sedi? & fructus ejus dulcis gutturi meo. De cibo Eucharistico obvelato obumbrato, & obumbrante explicat Bernard. Ser. 48. in Cant. Umbra ejus caro ejus: umbra ejus fides. Maria obumbravit propriū Filii caro; mihi Domini fides. A a 3 Quam-

Matth. 17. 5.

S. Basil. Seleuc. Eucharistiam adumbrabat nubes illa discipulos obumbrans in Thabore.

Drog.

Vtrum Christus calcis usus fuerit?

S. August.

Calcis usus est propter nos. S. Gauden.

Cant. 2. 3.

S. Bernard.

Quamquam & mihi quoque quomodo non ob-
umbrat caro, in mysterio manduco eam? Lege
S. Thomam in Opusc. 58. de Sacramento Al-
taris cap. 7. & 8.

1101 Rursus, hac accidentium nube me-
diatrice interposita, Christus in Eucharistia tu-
tam subtus se via demonstrat, ut subtextit Dro-
go. Nam ductu Eucharistici Sacramenti præ-
oculis habendi via patet ad Empyreas sedes;
iter aperitur tutum gradientibus per hujus vi-
tae desertum. Porro hoc illud est, quod Paulus

Ducat nos
Eucharistia
ad Empyreas
sedes.

Ad Hebræ-
10. 19.

ajebat ad Hebræos c. 10. 19. *Habentes itaque
fratres fiduciam in introitu sanctorum in sangui-
ne Christi, quam initiavit nobis viam novam, &
viventem per velamen, id est, per carnem suam.*
Habere nos fiduciam vult introeundi in sancta,
id est, in caelestem beatitudinem, per Sangui-
nem Christi, qui fuit noster ad caelum ductor,
seu reductor. Præcessit ipse, ut caput, & in-
troeundi nobis viam initiavit novam; id est,
recentem, nuper factam, nullius antè vestigiis
tritam; & viventem; quia Christus ipse via, ve-
ritas & vita est. Joan. 14. 6. Aut etiam viven-
tem, quia non modò ducat, ut via aliæ, sed
ad pergendum spiritus addit, accendit, horti-
tatur, invitat, trahit & felios quoque reficit.

Et via vi-
vens.

Quod explicatius ostendit, dum subdit: *Per
velamen, id est, per carnem suam:* semel in Cru-
ce sublatam, deinde redivivam sic in caelos ir-
rumpentem, ut apud nos perferret, usque ad mun-
di interitum, sub Eucharisticis speciebus, quas
velamen seu velamentum appellat Dominica
carnis ibi obvelatae. Sic hunc locum de alma
Eucharistia capiunt noster Turrianus pietate,
& eruditione in primo nostri Sodalitii ævo
magnus in Tractatu 2. de Euchar. c. 10. Nico-
laus Villagagnio in lib. de Ecclesiæ sacrifi-
cio, & ante eos S. Jacobus frater Domini in
sua liturgia, Theodoretus & S. Thomas ad ea
Pauli verba. *Per velamen* (ait Doctor Angeli-
cus lectione 2.) *id est, per carnem suam da-
tam nobis sub velamento speciei panis in Sacra-
mento.* En tibi via, quam initiavit nobis Chri-
stus novam & viventem in caelum; Eucharistia
Sacramentum, à quo deducimur in Civitatem
sanctam Sion; non mortua, sed viventi ratio-
ne, dum ibi via, veritas, & vita, spiritus & re-
fectio caro nobis Christi est. Idcirco *viaticum*
solet appellari à Patribus Eucharistia. Quod

S. Thom.

Eucharistia
via est, &
viaticum
est.

Regius Vates dixit Pf. 131. *Viduum ejus bene-
dicam.* Hebraicè; *Escam, victum, viaticum*
ejus benedicens benedicam. Unde pro Viatico
extitit Eliæ vel hujus Sacramenti umbra (3.
Reg. 19. 6.) quo potuit pervenire usque ad
montem Dei Horeb. Ut enim S. Thom. Opusc.
58. de Sacramento Altaris c. 22. *Comedit E-
lias panem, quem Angelus ministravit. Horeb
interpretatur mensa. Mons ergo iste est mons
mensæ Dei, & significat sarietatem caelestis glo-
riae. Panis itaque corporis Christi confortat nos
in vita bona & bono opere quadraginta diebus
& noctibus, id est, toto tempore præsentis peni-
tentiae, usque ad montem & mensam Dei, id
est, quousque veniamus ad altitudinem securi-
tatis, & sarietatem dulcedinis aeternæ gloriæ.*
Est itaque sacra Eucharistia dignè manducan-
tibus & iter ad gloriam tutum, & viaticum,
itineris reffectio; *viam nova, & vivens, sub ve-
lamento.* Rectè hic Paschasius lib. de Christi
corp. & sang. cap. 9. *Viaticum* Eucharistiam
vocari putat; quatenus alimur ad vitam per-
petuam, ne deficiamus in via.

3. Reg. 19.
vers. 16.
S. Thom.

Deinde subdit Virgo: *Qui autem non se-*

quitur eam (Eucharistia nubem,) in tenebris
est, & in tenebris ambulat & nescit quò eat. De
quo plura dedimus supra à n. 964. ubi late
statuimus, aliam Eucharistiam ad instar esse
solaris luminis, tenebras, & umbras mortis dis-
pellentis.

1102 Ac demum concludit Drogo, cau-
sam exhibens cur post ductricem Eucharistia
columnam incedendum: *Relucet enim de hac
semita, quæ ducit ad vitam, semita humilita-
tis, & patientiæ; semita mansuetudinis, & mi-
sericordiæ, & quicquid humano generi per In-
carnationem revelare dignatus est Christus Do-
minus.* Sic itur ad astra Christianis virtutibus
incumbendo. Christus verò in Eucharistia
Christianas omnes virtutes compendiosè ab-
breviat, & moralissimè docet, ut ejus vestigiis
insistentes, super astra evehamur. Etenim dum
mundi Redemptor Eucharistia Sacramentum
institueret, arcanè ajebat Luc. 22. 19: & 1.
Corint. 11. 24. *Hoc facite in meam commemo-
rationem.* Quod S. Anselmus sic opportunè
explicat: *Accipientes corpus meum memores
mei esse debetis, ut diligenter recognovitis, quis
ego sim? & quæ inter homines conversans ope-
ratus sim? vel qua pertulerim? ut sicut præcessi,
sequamini.* Ac si dicat: *In hac mensa epu-
lantibus ad id unum maxime enitendum, ut
Christum sequantur, virtutibus tanti ducto-
ris impensè studere procurantes, & ejus mo-
res solerter imitantes.* Hinc percômmodè revo-
cans Agnum, qui Apoc. 5. 6. dicitur tanquam
occisus; Græcè; *maclatus, sacrificatus.* Et de
quo in eodem libro c. 14. *Et vidi; & ecce Ag-
nus stabat supra montem Sion, & cum eo cen-
tum quadraginta quatuor millia &c.* Hi sequun-
tur Agnum quocumque ierit. Hic Agnus, Ag-
nus Eucharisticus est, qui primò quasi occi-
sus stetit supra Sionem montem, ubi pera-
cta Eucharistia institutio est, & incruenta ra-
tione maclatus, & sacrificatus Christus. Sic
enim suis reliquit exemplum nec non caelestem
spiritum, atque virtutem consulit, ut illum
imitatione sequerentur, & in se ipsis exprime-
rent, tanquam totius gregis ductorem: *El
manso de la manada.* Hujus ductoris, sive
Doctoris meminit Propheta Joel c. 2. 23. *Et
filii Sion exultate, & lætamini in Domino Deo
vestro; quia dedit vobis Doctorem justitiæ, He-
braicè Moreh, id est, docentem, ostendentem,
ductorem.* Tigurina, *doctorem illum ad justiti-
am:* illum nempe illustrem, eximium, nomi-
natum. LXX. verunt: *Escas, seu alimenta
justitiæ.* Ecce ductorem illum, ac doctorem
illustrem ad justitiam, Christum in escas, in
alimenta fidelibus, sub Eucharisticis speciebus,
datum: quasi hujus Sacramenti institutio eò
spectet ut homines, tanto duce, & Magistro
veram justitiam acquirant præ se ferentem
virtutum omnium exercitium. Rectè Chry-
sologus Serm. 1. *Mensa Patris nos alit virtu-
tis cibo.* Et Tertullianus lib. de Resurrect. c.
8. *Caro, Christi corpore & sanguine vescitur,
ut anima de Deo saginetur.* Virtutis cibus, &
virtutum omnium sagina est Eucharistia, quæ
via virtutis colenda nobis exstat. Inde Fides
constat, Spes viget, Amor flagrat, & reli-
quæ virtutes suas exerunt vires.

In tenebris
ambulat qui
Eucha-ristia
non ducitur.

Drogo.
Christiana
virtutes in
Eucharistia
abbreviate
u illis insti-
tutus.

Luc. 22. 19.
1. Cor. 11.
vers. 24.
S. Anselm.

Apoc. 5. 6.
Ibid. c. 14.

Agnus Eu-
charisticus
sequendus.

Joel 2. 23.
Eucharistia
Ductor &
Ductor justitiæ.

וּרְוּהוּ

TEXTUS ILLUSTRATUS
De Beatissima Dei Genitrice.

SECTIO XLIV.

Ed præsertim conditum caelum Empyreum, ut
esset Deiparæ habitaculum, in quo Regia ejus
majestas magnifice proderetur.

1103 Hoc arcanè probant priora illa Ge-
neseos verba: *In principio creavit
Deus caelum, & terram:* juxta Rabbi Anche-
los in Glossa Chaldaica ad hæc verba transla-
tionem, sive interpretationem à multis com-
mendatam, Galatino signatim lib. 7. Arcano-
rum c. 2. *Propter Sapientiam creavit Deus ca-
elum, & terram, hoc est, amore intemerata Vir-
ginis, quæ est mundi Sapientia, creavit Deus ca-
elum, & terram;* ut scilicet caelum esset peram-
plum tantæ Reginae palatium, ut quæ Dei
Hominis Mater, & Regina Angelorum futu-
ra. Unde S. Anselmus lib. de Excell. Virgi-
nis c. 9. ajebat; *Mariam jure Materno celi, ter-
raque cum Filio suo esse præfudem.* Vix dū Em-
pyreum caelum conditū; cum ecce ibi magnum
Deiparæ simulachrum Angelis adorandum
proponitur: quod obstupefcens demirabatur
Joannes, exclamans Apoc. 12. 1. *Signum mag-
num apparuit in caelo; Mulier amicta Sole &c.*
Mali Angeli contra Deiparam, ejusque Filium
rebellarunt; boni autem & Matri & Filio se
subdiderunt. Exinceps oborta contentio illa,
cujus è vestigio meminit Joannes: *Et factum
est prælium magnum in caelo: Michael & Angeli
ejus præliabantur cum Dracone.* De quo supra.
Sed quorsum magnum magnæ Matris simula-
chrum in caelo apparet vel ab ipsa Empyrei
creatione? Citò dicam. Scilicet ut subinde
apparet, ea potissimum de causa conditum cae-
lum Empyreum, ut Templum esset Deiparæ
consecratum, & Regia ei habitatio dedicata;
in qua augustius suam propomodum infinitam
dignitatem, & Majestatem ostendet; ac debi-
to cultu, & obsequio afficiatur ab Angelis,
ab hominibus, & ab ipsis caeli luminaribus,
quæ splendidiori fulgorum ambitione Regi-
nam suam circumquaque exornant; Lunâ in-
terim ad Virgineos pedes provolutâ, quasi il-
la pedum sessio sit quædam caeli possessio à
Virgine, vel à mundi exordio, accepta. Quò
referas illud Proverb. 8. 27. *Quando prepara-
bat celos, aderam.* Vel juxta Hebræa: *In
parando ipsos celos, ibi ego.* De creatione cae-
lorum sermo est: & quidem tunc B. Virgo,
cum Deus caelos fabricaret, aderat, ibi ipsa,
tanquam caelorum Præses, & Regina: ibi ipsa
ejus imago, & simulachrum in Dei mente fa-
bricatum, & tunc Angelis objectum: uti ea-
dem Virgo de se ait eo Proverb. capite v. 23.
Ab aeterno ordinata sum. Chaldaeus; *prepara-
ta sum, Rudolphus, coronata sum;* Hebrai-
cum verbum *nasach* significat *constare* in mo-
dum imaginis seu simulachri, ut supra nota-
vimus. Unde veritas: *Ab aeterno constabilis in
morem imaginis vel simulachri constata sum.* En
pulchrum & præambulum Deiparæ simula-
chrum, cui caelum ipsum Empyreum dedica-
tum, ac consecratum est, tanquam caelorum
Præsidi, & Reginae.

Genes. 1. 1.
Propter Ma-
riam caelum
conditum
Empyreum,
R. Anselm.

Vix dū Em-
pyreum fa-
bricatur, &
Angeli pro-
ponitur Ma-
ria adorand-
um simula-
chrum.
Apoc. 12. 1.

Apoc. 5. 6.
Ibid. c. 14.

Joel 2. 23.
Eucharistia
Ductor &
Ductor justitiæ.

Prov. 8. 27.

Ibidem
vers. 23.

פּוֹן

Cant. 8. 8.

1104 Canticorum 8. 8. Tres divinæ Perfo-

næ hos inter se sermones sollicitè miscent: *So-
ror nostra parva, & ubera non habet: quid fa-
ciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda
est?* De Matre Virgine sermo habetur adhuc
pusilla. Diem verò allocutionis, diem esse
sponsaliorum, multi arbitrantur: tunc enim
multa solent de desponsanda liberius inquiri.
Qua igitur ratione Deipara esset exornanda
ad diem illum, puo viro suo Josepho collo-
cata est, vel quæ in suo Virgineo utero Deum
hominem concepit, Spiritu sancto eam obum-
brante, deliberat ipse Deus, rem utique quasi
exaggerans & stupens, ut explicat Hugo Ca-
rensis ibi: *Hoc querit non dubitans, sed quid
facturus sit exaggerans; quasi dicat: Magna fa-
ciemus ei in die, quando alloquenda est à Gra-
briele. Vultisne cognoscere magnalia hæc, n-
priali do-
no.* quibus Deus Genitricem suam ditare & exor-
nare decreverit? Preme quæ subtextit verba.

Hugo.

Empyreum
preparatur
Deiparæ præ-
sidi do-
no.

Cantic. 8.

*Si murus est, ædificemus super eum propugna-
cula argentea.* Ex Hebræo multi efferunt:
*Ædificemus palatium argenteum, sive aedes
elegantissimas. Munsterus; Ædificabitur ei ci-
vitas, & templum.* Translatio verus Hispana:
*Si muro ella, fraguemos sobre ella palacio de
plata.* Certè, pro donis quæ nuptus præeunt,
aut eas comitantur, accepit Virgo (ut reor)
dotis loco, Empyreum palatium, elegantissi-
mas caelorum aedes, regiam civitatem & tem-
plum caelestis Jerosolymæ. Quo respexisse
videatur Sanctus Epiphanius de Laudibus Vir-
ginis: *Quomodo Virgo invenitur esse caelestis
sponsa, & Mater, quæ donorum antenuprialium
nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verò gra-
tia caelum, & paradysum.* Vides inter dotalia
Virginis bona, caelum numerari? Quòd si do-
talia bona ad maritum etiam spectant, observa
maritum Deiparæ Jesum esse, & uxorem Jesu
Mariam, quomodo statuit Sanctus Thom. 3. S. Thom:
p. qu. 30. art. 10. *Congruum fuit B. Virgini an-
nunciari, quòd esset Christum conceptura, ut
ostenderetur esse quoddam spirituale matrimo-
nium inter Filium Dei, & humanam naturam,
& ideo per annunciationem expectabatur consen-
sus Virginis loco totius humanæ naturæ.* Dotale
igitur bonum caelum est & ad Jesum, & ad Ma-
riam spectans; imò & ad nos, qui minores eo-
rum filii sumus per adoptionem; materna enim
dos inter minores filios solet dispertiri.

S. Epiphani.

S. Thom:

Cant. 4. 8.

1105 Divinus Sponsus C. nuc. 4. 8. Spon-
sam suam his adhortatur vocibus Virginem
Matrem: *Veni de Libano, sponsa mea, veni de
Libano, veni; coronaberis, de capite Amara
&c.* Hebraici exemplaris studiosi, Pagninus,
& plerique alii legunt: *Mecum à Libano, Spon-
sa mea, mecum à Libano, mecum coronaberis,
&c.* Ter ingeminans *mecum* commendat sanè
ardentissimum ejus amorem, quo sponsam de-
perit: communem coronam & regnum secum
pollicetur; ad similem honorem evehit, ad
regium utriusque palatium. Audi unum Ru-
pertum lib. 3. in Cantica premens illud coro-
naberis, ita luculenter: *Ita coronaberis, ut &
in caelis Regina Sanctorum, & in terris Regina
sis regnorum.* Ubi quæque enim prædicatum regnum
fuerit illud Dei dilecto dictum: *Minuisti eum Rupert.*
paulò minus ab Angelis: gloria & honore co-
ronasti eum, & constituisti eum super opera ma-
num tuarum; prædicabitur & de te quòd sis
ò dilecta, & Mater hujus coronati, ac proinde
Regina caelorum, Totum jure possidens Filii
regnum: atque hoc intuitu Reges atque Impè-
ratores coronis suis te coronabunt, palatia sua
nomini

Deiparæ ta-
tum jure
possides cali
regnum